

DEO DUCE,

# APHORISMI HI- STORICO-POLI- TICI,

QVOS,

*Consensu Ampliss. Fac. Philos. in Reg. Acad.  
Aboënsi,*

P R A E S I D E,

# HENRICO HASSEL,

Eloq. Prof. Reg. & Ord. nec non Fac. Phil.  
h. t. Dec.

*Publico Eruditorum examini modeste submittit,*

OTTO REINHOLD NORDSTEDT.

d. (V. D.) 4. Novembr. A:o MDCCXLVII.  
Loco horisqve consuetis

A B O Æ,


Excud. JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typ.

и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ

и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ

и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ

и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ  
и съмъ възлюбленъ



APH. I.

**H**istoria est eorum, quæ facta sunt, fida narratio.

APH. II.

**U**t omnis scientiarum divisio ex diversitate objectorum enata est, ita Historia in Naturalem, Civilem & Ecclesiasticam dispescitur; neque prætereunda Litteraria & Attium.

APH. III.

**A**d infinitum quidem cognitionis humanæ gradum vulgo refertur Historia, sed quam scientiarum principium & complementum rectius dixeris. Omnis enim de rebus existentibus notitia experientię fundamento nititur, & subtilissimè cogitata, nisi ad praxin referantur, & eadem comprobentur experientia, ut sive quædam somnia aestimari merentur.

APH. IV.

**Q**ui in Historia tractanda memoriae potissimum  
A 2 mas

mas deferunt partes, næ illi suam produnt ignorantiam. Nam in omni qvidem Historia, præsertim vero Civili & Ecclesiastica maturum, & solidum reqviritur judicium.

*APH. V.*

**R**ecè observavit incomparabilis Werulamius, non inveniri inter scripta hominum rarius qvidqvam, qvam Historiam omnibus suis numeris absolutam.

*APH. VI.*

**V**ere non minus qvam appositiè scribit Bodinus: Est veritatis ea vis & natura, ut non nisi longo tempore in lucem eruat, qvum scilicet vulgi errores, adulaciones & studia partium plane conqviererunt.

*APH. VII.*

**I**N tractanda Historia Civili, in primis obser- vandæ sunt secretæ illæ dispositiones, qvæ sensim viam ad maximas mutationes aperuerunt, ubi attentio est dirigenda in inclinationes, mores & characteres, tam gentium in genere, qvam in specie illorum hominum, qvorum actiones peculiarem qvendam in res ipsas influ- xum habuerant, qvales sunt principes, Consiliarii, Duces &c.

*APH.*

## APH. VIII.

**N**Eqve negligenda sunt varia temporum ingenia; sic alia fuerunt hominum iudicia & indoles negotiorum seculis barbaris, atqve aetate cultiori.

## APH. IX.

**D**Uplex potissimum est Historiae Pragmaticae usus: 1. Nexum causarum & effectuum in politicis tradit, atqve in tantum omnis doctrina Civilis mater censetur. 2. Exponit statum praeteritum, a quo pendet praelens, cuius notitia proximum est consiliorum ac negotiorum fundamentum.

## APH. X.

**C**Alium, & qvæ illos ambiunt, circumstantiarum tantum non infinita varietas efficit, ut admodum sit difficile, ex Historia condere precepta politica certa ac firma. Et qvæ primo intuitu videntur eadem, inter hæc penitus perspecta maxima saepe deprehenditur diversitas.

## APH. XI.

**Q**UAM ex usibus Aph. IX. dictis, priorem tantum habeat antiqua Historia, utrumqve recentior, qvin hæc illi sit preferenda, nullum est dubium.

APH.

**P**ræcipuum erit in Historia antiquiori negotiū-  
um, evolvere nexus inter Historiam sa-  
cram & profanam.

**V**Eritatē ex Historia antiqua fere omnem  
expellere conatus est Annius ille Monacus  
Viterbiensis, cum prisca gentilium scripta cor-  
rupit, ac plurimis locupletavit figmentis; un-  
de multi deinde varia hauserunt commenta.

**R**elationem Crescii Cnidii de imperii Assyri-  
aci initiis & potentia unanimi fere conten-  
tu jam rejiciunt Historiarum periti. Qvis enim  
crederet altero post cataclysmum seculo tam-  
vasta imperia, tantos exercitus tantosque ap-  
paratus extitisse, quanti sub Nino & Semira-  
mide fuisse commemorantur, ut cæteras rase-  
am absurditates hisce cognatas.

**E**T si concedamus, plura in Historia belli Tro-  
jani esse fabulosa, nulli tamen possumus  
calculum addere Dioni Chrysostomo, qui in  
oratione de Ilio non capto, Trojam fuisse ex-  
pugna-

pugnatam negat, provocando ad traditionem  
sacerdotis Ægyptii. Nam appareat cum hæc  
fuisse commentum, ut Iliensibus placeret, &  
præmium reportaret, qvum urbis suæ initia fe-  
sto anniversario celebrabant.

APH. XVI.

**C**Yropædia Xenophontis non qvidem nullas  
continet narrationes veras, sed liber qvum  
sit moralis & Politicus, more poëtico consigna-  
tus, qvod Plato, Cicero & alii dudum adgno-  
verunt, ei soli fidem Historicam superstruere lu-  
bricum, testimonia vero inde sumta aliorum Hi-  
storicorum fidei opponere nimis audax videtur.

APH. XVII.

**Q**uemadmodum Cyrus imperii Persici con-  
ditor, non fortitudine solum, sed mul-  
tis præterea magnisqve virtutibus erat illustris;  
ita successores haud raro ab eo degenerantes,  
neglecta imperii cura, vitam egerunt voluptu-  
osam, qves ( ut fieri solet ) aula primum,  
deinde populus imitabatur; unde factum, ut  
genti in armis enutritæ, omnes tandem faci-  
lis & parata fuerint præda.

APH. XVIII.

**M**onarchia Græca citius excrevit, quam ut  
tot

tot gentes linguis ac moribus diversæ , firma  
ac duratura unione coalescerent , præterim  
qvum Græcos inter ac Persas vetustum & hæ-  
reditarium intercederet odium. Huc accessit ,  
qvod Alexander certum non designavit hære-  
dem , unde aliud evenire non potuit , qvam ut  
inter duces dignitate ac meritis parcs exorta æ-  
mulatione , ipsum varias in partes imperium  
scinderetur.

## APH. XIX.

**A** Deo vitio non vertendum est Alexandro ,  
qvod habitum Persarum ac mores adsumsit ,  
ut potius insigne sic dederit prudentiæ politiæ  
documentum. Qvum enim intelligeret , tot gen-  
tes , tantis terrarum spatiis a se invicem remo-  
tas , solo metu in officio diu contineri non  
posse , qvos armis vicerat , eorum hoc modo  
sibi adjungere voluit benvolentiam. Huc spe-  
ctat , qvod & ipse filiam Darii conjugem du-  
xit , & amicos cum nobilissimis Persarum temi-  
nis connubio sociavit.

## APH. XX.

**U**T primis rei Romanæ initii Regium im-  
perium convenientissimum erat , ac incre-  
men-

mentis ejus promovendis libera regiminis forma aptissima; ita postquam in vastam adeo mollem exsurrexerat, sine Monarchica potestate stare diutius vix potuisset, nec facile invenire licuisset modum internis motibus componendis.

APH. XXI.

**Q**uod res militaris apud Romanos ad summum perfectionis gradum pervenit, id non solum continuo armorum usui tribendum est, sed multum quoque vindicandum instituto, ipsi Republicæ coævo, quo non alia via quam per munera militaria ad primos honores daretur adscensus.

APH. XXII.

**Q**uemadmodum Romani multarum gentium opes invaserunt, ita qui ex abundantia enatci solet luxus, tantus apud eos existit, quantum alio in populo vix repertus est unquam. Hic, cuius invalescentis initia a temporibus Sullanis repetit Sallustius, gravissimam induxit morum corruptelam, adeoque insinitis quæ sequebantur malis originem dedit.

APH. XXIII.

**M**anifestavit se in eo Nemesis Divina, quod qui tot populis libertatem extorserant Romanis

B

mani, his tandem tot imperaverint tyranni,  
ut omnium domini, omnium facti fuerint  
servi.

## APH. XXIV.

**Q**UAM solidè compactum fuerit imperium  
Romanum, vel inde judicari potest, quod  
sub tot pessimis principibus tamdiu expectave-  
rit ruinam.

## APH. XXV.

**V**IM imperii Romani haud parum imminuit  
sedes illius a Constantino Byzantium tran-  
flata; sic namque imperatores a provinciis oc-  
cidentalibus & septentrionalibus remotores, ea-  
rum necessitatibus, qua opus erat, celeritate sub-  
venire non potuerunt: graviorem vero infli-  
xit istum divisio imperii a Theodosio f. eti,  
qua majorem in modum seqvens maturavit ex-  
itium.

## APH. XXVI.

**I**MPERIUM Germanicum non ideo Romanum,  
dicitur, quasi vetus illud in hoc esset con-  
tinuum, sed hujus appellationis origo debe-  
tur seculo octavo, quum Carolus Magnus victo  
Desiderio Longobardorum Rege, a Pontifice po-  
popus

xx

puloqve Romano electus est Augustus & Imperator.

APH. XXVII.

**I**N Historia medii aevi, maxima cum animadversione spectandum est, qvomodo sensim increverit barbaries, unde tot mala in Ecclesiam & Rempublicam provenerunt.

APH. XXVIII.

**I**LLI Literarum ac Scientiarum Aurora, qvæ post Constantinopolin captam, qvum exiles Græci Romam advenissent, emicuit, atqve inde in varias Orbis Europæi partes sparsit radios, luci pleniori Reformatione Religionis exortæ, admirando Providentiae specimine præfusit.

APH. XXIX.

**S**eculo Reformationis & paulo ante tota promodum Europa maximas est experta mutationes, sine qvarum adcuratori notitia Historiam recentiorem, & qvæ nostro tempori sunt propiora, intelligit nemo.

APH. XXX.

**Q**Uamvis antiquis non omnino nulla erat cura, ne qvis populus vicinorum oppressione nimiam adqviceret potentiam, gliscenti tam

men huic malo; aliquando neque tempestiva  
satis, neque sufficientia oppotuerunt remedia;  
quod si factum fuisset, imperia vastæ adeo ma-  
gnitudinis vix existere potuissent: verum ex  
qvo Carolus V:tus Imperio Romano - Germani-  
co, Hispania, Belgio & magna Italæ parte  
potitus, ulterius niti videretur, non Germa-  
niæ solum principes, sed omnes fere vicini ex-  
pergefacti, de servando æquilibrio Europæ sol-  
licitas magis & exquisitiores inire coeperunt ra-  
tiones: quod deinde negotium principes co-  
rumque ministros, imo integros populos ad ho-  
diernum usque diem execuit.

